in cruce. Sanet te ſpiritusſanctus: qui in te
infuſus eſt in baptiſmo. Sanet te ſancta tri-
nitras vnus deus: ab omni dolore: ab om-
ni infirmitate. Qui viuit et regnat Per om-
nia ſecula ſeculorum. Amen. Alia oratio.

BEne✠dicat te deus pater: ſanet te fi-
lius: illuminet te ſpiritusſanctus: cor-
pus tuum cuſtodiat: animam tuam ſanet et
ſaluet: corpus tuum irradiet: ſenſum tuum
dirigat: et ad ſupernam vitam te perducat.
Per eum qui venturus eſt iudi Alia oratio

Omnipotēs ſempiterne deꝰ: qui ꝑ bea
tum apl'm tuū iacobū dixiſti: infirma-
tur quis in vobis inducat p̄ſbiteros eccleſie
vt orent ſuper eum: vngentes eum oleo ſan
cto in nomine dñi ⁊ oratio fidei ſaluabit in
firmū: ⁊ alleuiabit eum dñs: ⁊ ſi i peccatis
ſit: dimittentur ei: cura cunctos q̄ſumus re-
dēptor noſter gratia ſpiritusſancti languo-
res iſtius infirmi: ⁊ omnia vulnera ſua ſana
eiqȝ peccata dimitte atqȝ dolores cūctos cor
dis et corporis ab eo expelle: plenamqȝ inte
rius et exterius ſanitatē miſericorditer red-
de vt ope miſericordie tue reſtitutus ⁊ ſana
tuȝ ad priſtina pietatiȝ tue reparetur officia
Omnipotēs ſempiter. Alia oro. Per.
One deus ſalus eterna credentiū: exau-
di me indignū pro famulo tuo. N. ⁊ da ei ve
ram penitētiam: et ſicut liberare dignatus
fuiſti adā de inferno: petrū de carcere: pau
lum de vinculis: teclam de beſtijs: ſuſannā
de falſo crimine: paraliticum de grabato: la
zarū de monumento: populum iſraeliticū
de medio mari: ionam de ventre ceti: loth
de ſodomis: tres pueros de camino ignis

ardentis: ſydrach myſaac et abdenago: da
nielé de lacu leonuz: dauid de gladio mali
gno: mariá magdalenã de ſeptẽ demonijs
ita liberare digneris eũ dñe ab omibus pec
catis et vniuerſis ſuis delictis. Per chriſtũ
Poſtea inũgit infirmus: accepto oleo infir
morũ: et pollice dextro intincto infirmum
liniat. Primo ad oculos dicens. Ungo te
oleo ſacro: vt per hanc vnctionem accipias
plenam peccatorũ remiſſioné. Ungo ocu-
los tuos de oleo cõſecrato: vt quicquid per
viſum peccaſti hac vnctione expietur. Hec
eſt forma verboꝝ ſacre vnctionis videlicet
Per iſtá vnctioné et ſuã piiſſimã miſericor-
diam indulgeat tibi dñs quicquid per viſũ
peccaſti. Hec eſt vera forma vnctionis ſa-
cre cũ q̃ inpmit ſignnũ videlicz Per iſtá vn-
ctioné. Et debz repeti ad vnctioné ſenſuuz
ſingulorũz. Par tibi et ſpũi tuo Ad aures.
Accipe ſanitaté. Ungo has aures de oleo
cõſecrato vt qcq̃d peccaſti ꝑ auditũ hac vn-
ctione expiet Per dñm. Per iſtá vnctioné
ꝛ ſuaz piiſſimã miſericordiã indulgeat tibi
dñs quicquid ꝑauditũ peccaſti. Par tibi

et ſpiritui tuo. Ad nares. Accipe ſanitatē. Ungo has nares de oleo ſanctificato. Ut quicquid peccaſti per olfactū hac vnctione expietur. Per xp̄m dn̄m noſtrū. Per iſtam vnctionem et ſuā piiſſimam miſericordiaꝫ indulgeat tibi dn̄s quicquid peccaſti per olfactum. Pax tibi et ſpiritui tuo. Ad labia. In nomine patris et filij et ſpiritusſcti accipe ſanitatem. Ungo labia iſta de oleo ſanctificato in nomine patris et filij et ſpūſſcti vt quicq̄d peccaſti ꝑ locutionē hac vnctiōe expietur. Per xp̄m. Per iſtam vnctionē et ſuam piiſſimā miſericordiā indulgeat tibi dn̄s quicquid peccati per guſtum. Pax tibi et ſpiritui tuo. Ad manus. In nomīe patris et filij et ſpiritusſancti accipe ſanitatem Ungo has manus de oleo ſanctificato: in nomine patris et filij et ſpiritusſancti: vt qcquid in noxio opere peccaſti: iſta abluat per unctio. Per chriſtū. Per iſtam vnctionē et ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccaſti per tactuꝫ. Pax tibi. Ad pedes ⁊ nō ad plātas. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti accipe ſanitatē

Vngo hos pedes de oleo bn̄dicto: in nomine patris et filij et ſpiritusſācti: vt quicqd peccati commiſerunt hac vnctione expietur Per chriſtū dn̄m. Per iſtam vnctionem et ſuam piiſſimā miſericordiā indulgeat tibi dominus quicquid peccaſti per inceſſuz pedum. Per chriſtū. Pax tibi et ſpūi tuo. Uncto infirmo dicat ſacerdos has orationes.

Omnipotēs ſempiterne deus qui ſubuenis in periculis ⁊ ī neceſſitate laborantibus: maieſtatem tuā ſuppliciter exoramus: vt mittere digneris ſanctum angeluz tuum. qui famulum tuuz in anguſtiis et neceſſitatibus laborantē: conſolationibus repleat: quibus et de p̄ſenti cōſequatᷣ auxiliū et eterna remedia cōprehēdat. Per chriſtū dn̄m noſtrū. In nomine patris et filij et ſpiritusſancti: ſit tibi hec vnctio olei ſanctificati: ad purificationē mentis et corporis: ⁊ ad defenſionem et munimen cōtra iacula omniū ſpūum immūdoꝝ. Per xp̄m dn̄. Oratio

Domine ieſu chriſte qui es ſaluator et redemptio noſtra: qui es vera ſalus et medicina: ⁊ a quo omīs ſanitas et medica

mentum venit: qui voce apoſtoli tui nos in
ſtruis: vt languidos olei liquoꝛe tangentes
tue pietatis miſericoꝛdiam poſtulemus: re
ſpice pꝛopitius ſuper hunc famulum tuum
N. ab illa mirabili ſummitate celoꝛū: vt quē
languoꝛ ad exitū ⁊ viriū contractio iā pertra
hit ad occaſum: medela tue gratie ſaluti re-
ſtituat caſtigatū. Extingue in eo libidinuz
et febꝛium eſtus: doloꝛuz ſtimulos: ac vicio
rum contere cruciatus: egritudinū et cupi-
ditatum toꝛmenta diſſolue: ſuperbie infla-
tionē tumoꝛemqꝫ compeſce: vlcera et putre
dines vitioꝝ euacua. viſcerum interna coꝛ-
diumqꝫ ac medullaruz et cogitationū ſana
diſcrimina conſcientiarū atqꝫ plagaruz ob-
ducito cicatrices: veſicis tipiciſqꝫ adeſto pe
riculis: tuqꝫ veteres immēſaſqꝫ remoue paſ
ſiones: opera carnis ſanguiniſqꝫ materias
compone: ac delictoꝛū illi veniam pꝛopitia
tus tribue: ſicqꝫ illum iugiter cuſtodiat pie
tas tua: vt nec ad coꝛruptionē aliquando ſa
nitas: nec ad perditionē te auxiliante hunc
perducat infirmitas. Fiatqꝫ illi hec olei ſa-
cra perunctio cōcita moꝛbi pꝛeſentis expul

ſio:et omnium peccatoꝝ remiſſio:te conce
dēte ſaluatore mundi. Qui viuis et regnas
deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen
Oſtendat dn̄s faciē ſuā tibi et miſereat᷑ tui
conuertatq; faciē ſuā ad te:et det tibi pacez
et ſanitatē omnibus dieb⁹ vite tue:impleat
te dn̄s ſpiritu ſancto ſuo. Amē. In nomi-
ne patris et filij et ſpiritusſcti:pax tibi.amē
Benedictio dn̄i ſit ſuper te. Benedixi-
mus tibi in nomine dn̄i. Benedictio
et protectio et ſanctificatio dei patris omni
potentis et filij et ſpūſſcti deſcēdat ſuper te
et cuſtodiat te ſemper. Amē. Indulgentiā
et remiſſionē omniū peccatoꝝ tuoꝝ tribuat
tibi oīpotens et miſericors dn̄s. amē. Oro.
Omnipotēs ſempiterne deus miſere-
re ſupplici famulo tuo:et da q̄ſum⁹ ne
plus ei noceat conſcientie reatus ad penā:
q̄z indulgentia tue pietatis ad veniaz. Per
dn̄m noſtrum ieſum chriſtuz filium tuum.
Beuedicat te deus ✠ pater. cuſtodiat te ie
ſus ✠ chriſtus:illumiuet te ſpiritus ✠ ſcūs
oībus diebus vite tue:cōfirmet te virt⁹ xp̄i:
indulgeat tibi dn̄s oīa pctā ꝛ delicta tua am̄

Sequit᷑ ordo ad ſepeliēdū mortuos: ſiue exege mortuoꝝ



Kyrieleyſon. Chriſteleyſon. Kyrieleyſō. Pater noſter qui es. Et ne nos inducas. ℣. Requiem eternam dona eis domīe. Et lux perpetua luceat eis. Oratio.

Omnipotētis dei miſericordiā deprecemur: cuius iudicio naſcimur et finimur: vt ſpiritum famuli ſui quem domini pietas de incolatu huius mundi tranſire precepit requies eterna poſſideat: et eum cum beata reſurrectiōe repreſentet: ⁊ in ſinibus abrahe. yſaac et iacob collocare dignetur. Per chriſtum dominū noſtrum. Amen. R̄um.



Atequā naſcerer nouiſti me ad



ymaginē tuā domine plaſmaſti me. Mo



do reddo tibi creatori animā meam. ℣.



Commiſſa mea domie paueſco



et ante te erube ſco dū veneris iudica-



re noli me condem na re. Modo.

Kyrieleyſon. Chriſteleyſon. Kyrieleyſō
Pater noſter qui es. Et ne nos inducas.
℣. A porta inferi. Erue dñe aīas. Oratio.

Deū iudicē vniuerſitatis: deū celeſtium terreſtriū et infernorū deprecemur: ꝓ ſpiritu chari noſtri: vt eum dñs in requiem collocare digneꝛ: et in partem prime reſur-rectionis reſuſcitet. Per chriſtū dñm. Rm.



Qui lazarum reſuſcitaſti de monu




Kyrieleyſon. Xp̄eleyſon. Kyrieleyſō. Pater nr̄. Et ne nos. ℣. Ne tradas beſtijs. Oĩo

Deus qui vniuerſoꝝ es creatoꝛ ⁊ conditoꝛ q̄ cū ſis beatitudo ſanctorū: preſta nobis petentibus vt ſpiritū fratris noſtri a corporalibus nexibus abſolutum: ĩ ſanctorum tuorum reſurrectiōe facias preſentari Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Hic eleuetur funus precedẽtibus cereis et cruce ⁊ aſpergatur et thurificetur cum aña

In paradiſum deducant te angeli. In tuo aduentu ſuſcipiant te martires et pducant te in ciuitatem ſanctam ieruſalem. Deinde ℟. Libera me dñe. cũ quo itur ad ſepulcrũ. Cũ puentũ fuerit ad ſepulchrũ añq̃ tumuleť dicatur hec oõ ſuper ſepulchrum

SAnctificeť iſtud ſepulcrum dñe deus noſter per ſcti tui noĩs inuocationẽ: et fugetur ab eo immundus ſpũs per virtutē dñi noſtri ieſu xpi vt ſit placida requies corpori qđ in eo collocať te ptegente ac conſeruã te. Qui viuis et regnas deꝰ p oĩa ſcl'a ſclo℞.

Et tũc imponať ſepulcro dicẽte ſacerdote.

Ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis vſq₃ ad domum dei. Oratio.

TIbi dñe cõmendamꝰ aĩam famuli tui N. vt defunctꝰ ſcl'o tibi viuat: ⁊ ſi qua p fragilitatẽ mũdane cõuerſationis pctã admiſit: tu venia miſericordiſſime pietatis abſterge. p. Deinde aſpergať funus in ſepulchro dicẽte ſacerdote. Rore celeſti pfundat aĩa₃ tuã deus in noĩe pr̃is ⁊ filij et ſpũſſcti. Amẽ

et turificet dicendo. O dore celeſti paſcat aiam tuã deus in noie patris et filij et ſpũſ ſcti. amẽ. Demũ operiat terra et dicat ſacerdos. Sume terra qđ tuum eſt: ſumat deus qđ ſuũ eſt in noie pr̃is ⁊ filij et ſpũſſci. Amẽ. Ultimo faciat crucẽ ſuper ſepulcrũ dicẽdo Signũ crucis chriſti ſit ſuper te. Amẽ. Cum aũt propter funerũ multitudinẽ ordo preſcriptus obſeruari non poſſit. Tunc procedat vt infra deſcribit: p̃mo ſacerdos ingreſſus domũ vbi funus depoſitum eſt dicat.

Oremus ꝓ oibus fidelibus defunctis Requiẽ eternã dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. ps. De profundis clamaui. vſq ad finẽ concludendo cũ. Requiẽ eternã. Añ. Abſolue dñe anias eoꝝ ab omni vinculo delictorũ vt in reſurrectiõis gloria inter ſanctos tuos reſuſcitati reſpirẽt. Kyriel. Xp̃e leyſõ. Kyriel. Pater nr̃. Et ne. ℣. A porta inferi Erue dñe aĩas eoꝝ. D ñe exaudi ora. Et clamor. ℣ Dñs vobiſcũ. Oremus

Inclina dñe aurẽ tuã ad preces nr̃as qbus miaꝫ tuã ſupplicit depcamur vt aiam famuli tui quã de hoc ſclo migrare iuſſiſti in

pacis ac lucis regione conſtituas et ſancto-
rū tuorum iubeas eſſe conſortem. Qui cum
deo patre et ſpiritu ſancto viuis ac regnas
Fideliū deus oīm cōditor et Alia orō.
redemptor: aīabus oīm fidelium de-
functoꝶ remiſſionē cunctorū tribue pctōꝶ
vt indulgētiā quā ſemꝑ optauerūt pijs ſup-
plicationibus conſequant. Qui cū deo ꝛc.
Deinde aſpergat aqua benedicta ꝛ thurifi
cetur et deferatur ad ſepulcrū cū reſpōſorio
Libera me dñe. Cū vero ad ſepulcrū peruē
tum fuerit aſpergat ſuper ſepulcrū aqua be
nedicta et dicatur hec Oratio. Sanctificet
iſtud ſepulcrū ꝛc. vt ſupra poſita eſt. Et tūc
imponetur ſepulcro dicēte ſacerdote. In-
grediar in locum tabernaculi admirabilis
vſqꝫ ad domū dei. Et aſpergat funus in ſe-
pulcro dicēte ſacerdote. Rore celeſti ꝛc. et
fiant cetera q̄ ſupra ponunt. Bñdictio mu
Enedi ✠ cere ꝛ lieris pꝰ partū.
ſanc ✠ tificare dignare dñe an
cillā iſtā N. vt emūdes eā ab oī in
qnamēto corꝑis celeſti bñdictiōe
in noīe pr̄is et filij et ſpū ſcti. Ps.

LAudate pueri dñm laudate nomē dñi Sit nomē dñi bñdictū: ex hoc nunc ⁊ vsq; in sclm. A solis ortu vsq; ad occasū laudabile nomē dñi. Excelsus sup oēs gētes dñs: et sup celos gloria ei⁹. Quis sicut dñs deus nr̄ qui ī altis habitat: ⁊ humilia respicit ī celo et in terra. Suscitās a terra inopē et de stercore erigēs pauperē. Ut collocet eū cū pncipibus: cū pncipibus populi sui. Qui habitare facit sterilē in domo: matrē filiorꝫ letātem. Gloria pr̄i et filio et spū̄i sctō.

BEati oēs qui timēt dñm: q ābulant in vijs eius. Ps Uxor tua sicͭ vitis abundās in lateribus domus tue. Filij tui sicͭ nouelle oliuarū: ī circuitu mēse tue. Ecce sic bñdicetͬ homo: q timet dñm. Benedicat tibi dñs ex syon qui fecit celū ⁊ terram. Gl'ia. ℣ Mitte ei dñe auxiliū d sctō. Et de syō tuere eam.

DEus qui salutis eterne btē Coll'. marie virginitate fecūda humano generi pmia cōtulisti presta q̄sumus vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quaz meruimus auctorē vite suscipere iesum cristum dominum nostrum Amen. Oremus

d

DOmine ſctē pater oṗs eterne deꝰ qui
bñdictōis tue gratiā egris infundēdo
corporibus facturā tuā mľtiplici pietate cu
ſtodis: ad inuocatiōem tui noīs benignꝰ aſ-
ſiſte: et hāc famulā tuā liberatā egritudīe et
ſanitate donata: dextera tua erigas: virtute
tuearis: poteſtate cōfirmes: ecclīe tue ſctiſqȝ
altaribus tuis cū omni deſiderata ꝓſperita
te reſtituas. Per xp̄m. Ad introducendam
mulierē poſt partū ad eccleſiam pſalmus.

LEuaui oculos meos in montes: vnde
veniet auxilium michi. Auxiliū meū
a dño: qui fecit celū ⁊ terrā. Nō det in cōmo
tionem pedē tuū neqȝ dormitet q custodit te
Ecce non dormitabit neqȝ dormiet q cuſto-
dit iſrael. Dñs cuſtodit te dñs ꝓtectio tua
ſuꝑ manū dexteram tuam. Per diē ſol non
vret te neqȝ luna ꝑ noctem. Dñs cuſtodit te
ab omni malo: cuſtodiat animam tuam do
minus. Dominus cuſtodiat introitū tuuȝ
et exitū tuum ex hoc nunc et vſqȝ in ſeculum
Gloria patri et. Kyrieleyſon. Xp̄eleyſon.
Kyriel. ℣. Saluā fac ancillā tuā. Deꝰ meꝰ
ſperantē in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliū de ſctō

Et de ſyon tuere eã. ℣. Dñe exaudi ora. Oro

Omnipotẽs ſempiterne deus maieſtatem tuã ſuppliciter exoramus vt ſicut vnigenitus filius tuus cũ noſtre carnis ſubſtantia in templo eſt preſentatus: ita facias hanc famulam tuam purificata tibi mente preſentari. Per eũdem chriſtum. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui per moyſen famulũ tuũ yſraelitice plebi mandaſti vt mulier que filium pareret quadraginta dieb⁹ ſe ab igreſſu eccleſie ſequeſtraret: bñ✠dicere dignare hãc famulã tuam poſt partum tibi domino deo noſtro ad templum ſanctum tuum purificãdi gratia preſentatam ⁊ concede: vt ſicut eam per officium templum iſtud introducimus terrenũ ſic poſt finem vite preſentis celeſtẽm introitum habere mereat̃. Per dñm. Ibi aſpgat̃ mulier anteq̃ȝ itroducat̃ ad eccleſiam: poſt hoc ducendo per manum i eccleſiam introducendo dicat. Dñs cuſtodiat ĩtroitum tuum. Ex hoc nunc et vſq̃ȝ in ſeculum. ℣. Ingredere i tẽplum dei. Ut poſſis habere partem cum ſanctis et electis eius. Amen

Nota quod omnes qui in domi
no nubere ꝓponūt exhortari de
bent ſuos curatos vt expletis tri
bus ꝓclamatiōibus ſiue bānis
Et cōfeſſione facta ad minus ꝑ
diem vnā anteꝗ̄ cōueniāt: In facie eccleſie
ſolēniter et deuote cōtrahāt hoc ſcȝ mō Ue
niant ſponſus et ſponſa ante fores ecclīe et
in oīm q̄ aſſunt preſentia: ſacerdos interro
get primo ſponſum ſi velit capere ſponſam
quā noīabit in legittimam vxorē. Et poſtꝗ̄
dixerit ꝙ ſic: interroget ſpōſam ſi recipe ve
lit ſponſum quē noīabit in legittimū virū.
qua reſpōdēte ꝙ ſic Recipiat ſacerdos dex
tras vtriuſqȝ ⁊ cōiungat eas ⁊ faciat dicere
hec verba. Ego recipio te in legittimā vxo
rem. Et poſt hoc faciat ſpōſam dicere. Ego
recipio te in legittimū virū. Quibus dictis
applicet ſacerdos ſtolā ad dextras eorūdē
cōiunctas ⁊ dicat. Et ego auctoritate dei oī
potētis. N. ⁊ N. matrimonialiter cōiungo
in noīe patris et filij ⁊ ſpūſſcti. Amen. Quo
dicto dicat ps. Btī oēs. require folio xxv.
Kyrieleyſon. Xp̄eleyſon. Kyrī. Pater nr̄

℣. Exaudiat vos dñs in die tribulationis. Protegat vos nomen dei iacob ℣. Mittat vobis auxiliũ de ſctō. Et de ſyon tueaꝶ vos ab omni malo ℣. Bñdicat vobis dñs ex ſyon. Et videatis filios filioꝝ veſtroꝝ pacem ſuper iſrael ℣. Dñs cuſtodiat vos ab omni malo. Cuſtodiat aīas veſtras deus ℣. Dñs cuſtodiat introitũ veſtrũ et exitũ veſtrũ. Ex hoc nũc et vſqꝫ in ſeculũ ℣. Domine exaudi oratioñe meam. Et clamor meus ad te veniat ℣. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpiritu tuo. Orō.

PRopiciare dñe ſupplicatōibus nr̄is ⁊ inſtitutis tuis quibus ꝓpagationem humani generis ordinaſti benignus aſſiſte vt quod te auctore geriꝶ: iugiter te auxiliante ſeruetꝶ: et quos legittima ſocieatc connectis longeua pace cuſtodias. Per do. Poſt hoc aſpergat eos aqua bñdicta: et ſequanꝶ ſacerdotē intrando eccleſiam ⁊ circa altare honeſtiori loco bñdicenꝶ et ſimul flectēt genua et dicat ſacdos ſup eos ſeqñtes orōnes ſi ambo pꝰus nō fuerũt bñdicti. Sed ſi ābo prius ſint bñdicti nō bñdicanꝶ Si vero ſpōſa nō fuit prius bñdicta ſed ſponſus: bñdi-

cat̄ ſponſa tantum oꝛonibus ſequentibus
dumodo ſit virgo. Si vero ſpõſa nõ fuerit
virgo nõ debēt huiuſmodi nupcie bñdici.

DEus q̄ poteſtate virtutis tue de nihilo
cũcta feciſti: q̄ diſpoſitis vniuerſitatis
exoꝛdijs: homini ad ymaginē dei facto ideo
inſeꝑabile mulieris adiutoꝛiũ ꝯdidiſti: vt fe
mineo coꝛpi de virili carne dares pꝛincipiũ
docens qḋ ex vno placuiſſet inſtitui nunꝙ̄
liceret diſiungi. Per dñm nr̄m. Oro.

DEus qui tam excellenti myſterio cõiu
galem copulã cõſecraſti vt xp̄i et eccleſie ſa-
cramētũ p̄ſignares in federe nuptiarũ

DEus per quē mulier iũgit̄ viro et ſocie
tas p̄ncipaliter oꝛdinata ea bñdictiõe dona
tur q̄ ſola nec p̄ oꝛiginalis pc̄i penã: nec per
diluuij eſt ablata ſniam. p xp̄m. Sup̄ vtrũq̄

REſpice ꝑpiti⁹ ſup̄ hũc famulũ tuũ N. ⁊
famulã tuã N. ⁊ ſemina ſemē vite et̄ne
in mētib⁹ eoꝝ vt in noīe tuo viuāt ⁊ ſeneſcāt
et multiplicent̄ in lõgitudine dierũ: p̄ ieſu3
xp̄m recuꝑatoꝛē hoīm filiũ tuũ vnigenitũ q̄
tecũ. Deide ſubiũgat̄ bñdictio ſeq̄ns.

OMnipotēs ſempit̄ne de⁹ reſpice ꝑpi

tius ſup̃ hãc famulã tuã q̃ maritali iũgẽda
conſortio: tua ſe expetit ꝓtectione muniri.
ſit i ea iugũ dilectõis ⁊ pacis: fidelis ⁊ caſta
nubat in xp̃o: imitatrixq̃ ſcãrũ ꝑmaneat fe
mina ⁊ ſit amabil' vt rachel viro: ſapiẽs vt re
becca: lõgeua ⁊ fidel' vt ſara: nihil ex ea i acti
bus ſuis ille auctor p̃uaricatiõis vſurpet: ne
xa fidei mãdatiſq̃ ꝑmaneat vni thoro iũcta
cõtactus illicitos fugiat: muniat ĩfirmitatẽ
ſuã robore diſciplie: ſit verecũdia grauis pu
dore venerabilis doctrinis celeſtibꝰ erudita
ſit fecũda i ſobole: ſit ꝓbata et innocẽs ⁊ ad
btõrũ regem et ad celeſtia regna ꝑueniat et
videat filios filioꝝ ſuoꝝ vſq̃ i tertiã ⁊ quar-
tã generationẽ ⁊ ad optatã ꝑueniat ſenectu
tẽ atq̃ ad regẽ btõꝝ ꝑuenire mereat̃. Oĩo.

CEleſti bñdictiõe q̃s op̃s deꝰ hũc famu
lũ tuũ ⁊ famulã tuã bene✠dicas ⁊ cor
da eoꝝ tui ſctiſpũs mũdes infuſiõe ⁊ ſanita-
te ac proſperitate donata: ſolita tue pietatis
clemẽtia rorẽ eis tue mĩe ĩfundas: ⁊ ſic ſarã ⁊
tobiã ãgelo pacis comitãte ⁊ iſtruẽte ꝓtege
bas ita ⁊ iſtos a mortifera demonũ ĩfeſtatõe
cuſtodias ⁊ ab eis oẽs mẽtis ⁊ corꝑis aduerſi

tates repellas: vt munimine tuo protecti et
te donāte deuote laudent nomē ſanctū tuū
quod eſt benedictuz in ſecula ſeculoꝝ. amē
Et benedictio dei patris et filij ⁊ ſpiritus
ſcancti. deſcendat ſuper vos ⁊ maneat ſem-
per. Nota ad introducēdū ſponſuz ⁊ ſpō-
ſam legit̄ ps. Bti oēs. require folio. xxv. cū
collecta vna iſtarū prius dicta. Officium
ſpeciale ſup ſponſum ⁊ ſponſaz. Introitus
Benedicta ſit ſācta trinitas. per totū. Orō.
Omnipotēs ſempiterne deus q̄ dediſti fa-
Exaudi nos om Alia orō. mulis tuis.
nipotēs et miſericors deus: vt qđ no-
ſtro miniſtrat̄ officio: tua benedictione po
tius ipleat̄. Per. Epła ad corinthios. j. vj.
FRatres Neſcitis qm̄ corpa veſtra mē-
bra ſunt chriſti: tollens ergo membra
xpi faciā membra meretricis? Abſit An ne
ſcis qm̄ qui adheret meretrici vnū corpus
efficit̄. Et erūt duo inqt in carne vna. Qui
aūt adheret dn̄o: vn⁹ ſpūs eſt. Fugite forni-
cationē: Oē pctm̄ qđcūqꝫ facit hō extra cor
pus ē: q aūt fornicat̄: in corp⁹ ſuū peccat. An
neſcitis qm̄ corpa vr̄a tēplū ſunt ſpūſſci q in

vobis ē quē habetis a deo ⁊ nō eſtis vr̄i. Em
pti eni eſtis precio magno: glificate et por
te deū in corpore veſtro. Scdm matheū. xix
IN illo tp̄e. Acceſſerūt ad ieſū phariſei
tēptantes eū ⁊ dicētes. Si licet homi
ni dimittere vxorē ſuā q̄cū𝥠 ex cauſa? Qui
rn̄dēs ait eis: Nō legiſtis qm̄ q fecit hoiem
maſculū ⁊ feminā fecit eos. Et dixit Propt̄
hoc dimittet hō patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit
vxori ſue et erūt duo in carne vna. Itaq̄ iā
nō ſūt duo ſed vna caro Quod ergo deꝰ cō
SAnctifica Secta. iūxit: hō nō ſeparet.
q̄s dn̄e deꝰ nr̄ pro tui nōis inuocatiōe
huius oblatiōis hoſtiā ⁊ p eā noſmetipſos
tibi perfice munꝰ eternū. p. Secreta.
SUſcipe q̄s dn̄e ꝑ ſacra ꝯnubij copula
munus oblatū ⁊ cuiꝰ largitor es opis adeſto
diſpoſitor. p. Cōplē. Proficiat nob. Alia.
QUeſumus op̄s deus inſtituta ꝓuidē
tie tue pio amore comitare: vt quos le
gittima ſocietate ꝯnectis ꝑ virtutē huiꝰ ſacri
lōgeua pace cuſtodias. Per do. Bn̄dictio
vini i die ſcti ioānis euāge. Adiutoriū nr̄m
in noie dn̄i. Qui fecit celū ⁊ ter. Collecta.

DEus ꝛ pater dñi nr̃i ieſu xp̃i cuiꝰ ver
bo celi firmati ſunt cui oĩs creatura
deſeruit et oĩs ptãs ſubiecta ẽ et me
tuit ꝛ expaueſcit: nos te ad auxilium nr̃m in
uocamus cuiꝰ audito noĩe ſerpẽs conqeſcit
draco fugit ſilet vipera et rubeta illa q̄ dicit̃
rana ingeta torpeſcit: ſcorpiꝰ extiguit̃: regu
lus vincit̃: ſqualongus nihil noxiũ opat̃: et
oĩa venenata et adhuc fortiora repentia: et
aĩalia noxia terrent̃: et oẽs aduerſe ſaluti hu
mane radices areſcũt per amorẽ tui dilecti
ioãnis tu dñe extingue ĩ hoc poculo oĩs ve-
neni virus: extingue oẽs opationes mortife
ras et vires q̃s in ſe habẽt euacua: et da ĩ cõ
ſpectu tuo oĩbus his q̄ hoc potu vtunt̃ ſalu
tẽ mentis et corpis. Per eundẽ. Sed vt hoc
conſequi valeamus. te ergo dñe ſuppliciter
deprecamur vt bñ ✠ dicere et ſcti ✠ ficare
digneris hanc creaturã vini: vt q̄cũq; ex eo
guſtauerint ꝑ ĩterceſſionẽ dilecti tui ioãnis
apl̃i et euãgeliſte vitã conſequant̃ eternã et
extingue ab oĩbus digne ſumẽtibus ſi quid
veneni: ſi quid mortifere operatiõis habet
eos clemẽter defenſando. ꝑ eundẽ. Oratio

DOmine deus omīpꝫ ieſu xp̄e: q̄ ex q̄nqꝫ panibus ⁊ duobus piſcibus: q̄nqꝫ milia hominū ſatiaſti: q̄ es vitis vera: multiplica ſup̄ nos miām tue pietatis: et quēadmodū feciſti cū patribus nr̄is in tua mia ſperātibus Bn̄ ✠ dicere ⁊ ſcti ✠ ficare digneris hāc creaturā vini quā ad ſuſtētationē ſeruorū tuorū tribuiſti: vt vbicunqꝫ ex hac creatura vſum fuerit vel a quolibet potatuꝫ: intercedente beato ioanne apl'o tuo ⁊ euangeliſta diuine bene ✠ dictiōis tue repleatˀ opulentia: vt accipiētibus ex ea cū grāꝝ actiōe ſanctificetˀ in viſceribus eorum. Qui cum deo patre et ſpū ſancto viuis ac regnas deꝰ. Increatus pater increatus filius icreatus eſt ſpiritusſctūs. Immenſus pater immenſus filius immenſus eſt ſpiritusſctūs. Eternus pater eternus filius eternꝰ eſt ſpiritusſāctus. Glia patri. Kyrieleyſon. Xp̄eleyſon Kyrieleyſon. Pr̄ nr̄. Et ne nos. Oremus.

BEne ✠ dic domine hec dona et hunc potum: quem de tua miſericordia confidentes et de tua clemētia p̄ſumētes ſumꝰ potaturi. Per xp̄m dn̄m. V. Dn̄s vobiſcū.

Sequentia ſancti euãgelij ſcd̃m marcũ .xvj

In illo tempore. Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis ieſus: et exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ ⁊ duriciã cordis: quia his qui viderant eum reſurrexiſſe: non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundũ vniuerſum predicate euangeliũ omi creature. Qui crediderit et baptiſatus fuerit ſaluus erit: qui vero non crediderit cõdemnabit̃. Signa aũt eos qui crediderint hec ſequent̃. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquent̃ nouis: ſerpentes tollent. Et ſi mortiferũ quid beberit: non eos nocebit. Super egros manus imponent ⁊ bene habebunt. Per iſtos ſermones ſancti euangelij bene ✠ dicat̃ preſens potus et ꝓficiat cunctis ſumentibus in vitã eternam.

Et bñdictio dei patris oĩpotentis et filij et ſpũſſacti deſcendat et maneat ſup hãc creaturã vini. Amẽ. vel euãgeliũ. In ꝑncipio erat. regre fol. iij. Hic bibat ppl's ⁊ interī dicat ſacẽdos In noĩe bti ioãnis apl'i ⁊ euãgeliſte venenũ bibẽtis ⁊ nihil mali patiẽtis ⁊ ſi mortiferũ qd biberit; nõ vos nocebit. amẽ

In die purificatõis marie ante officiũ miſ=ſe dicit᷑ aña Aſperges me dñe rc. Collecta

Erudi q̃ſumus dñe plebẽ tuam et que extrinſecus annua tribuis deuotiõe venerari: interius aſſequi gratie tue luce cõcede. Per dominum noſtrũ ieſum chriſtum. Deinde fiat ꝓceſſio ad locum aptũ ad bñdicẽdũ cã=delas cũ reſponſorio. Gaude maria. quo fi=nito dicit᷑ ℣. Poſt partũ virgo cũ collecta Famuloꝝ tuoꝝ. et deinde dicat᷑ benedictio=nes cere Collecta. Oremus Erudi q̃s. Rm




deum et hominem ge nui ſti et poſt
partũ virgo inuiola ta permãſi ſti. ℣.
Gabrie lem archangelũ credimus
diuinitus te eſſe affatum vterũ tuum
de ſpiritu ſancto credimus impregnatum
Erubeſcat iudeus infelix qui dicit xp̄m



de ioſeph ſemine eſſe natum. Dum vir.
Sacerdos legat cātando. ℣. Poſt partū v̄go
inuiolata pmāſiſti. Dei genitrix intercede
FAmuloꝝ tuorū. Collecta. pro nobis.
ꝗſ dn̄e delictis ignoſce vt q tibi de acti,
bus nr̄is placere nō valemus: genitricis fi,
lij tui dn̄i dei nr̄i itercesſiōe ſaluemur. p eūdē
Deinde dicat ſacerdos expreſſo ſmone nō
cātando v̄ſiculū. Precioſa in cōſpectu dn̄i
SAncta maria. Oratio. mors ſctōꝝ ei⁹.
mater dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. v̄go ppetua: re,
gina āgeloꝝ: cū iſtis ⁊ oībus ſctis intercede
re dignare p nobis pctōrib⁹ vt mereamur
ab eo adiuuari et exaudiri. Qui in trinitate
pfctā viuit et regnat de⁹ p oīa ſcl'a ſcl'oꝝ. Am̄
Deinde dicat bn̄dictionē nō cantando ſed
ſermōe expreſſo. Et nota vbicūqꝫ poſui cru,
BEne✠dic dn̄e cem vbiqꝫ facito crucē
ieſu xp̄e hanc creaturā cere ſupplican
tibus nobis: ⁊ infunde ei p v̄tutē ſctē crucis
tue bene✠dictionē celeſtem: vt qui eā ad

repellendas tenebras: humano generi tri-
buiſti: tali ſigna ✠ culo ſctē cru ✠ cis tue:
fortitudinē ⁊ benedictionem accipiat: vt in
qbuſcumqꝫ locis accenſa ſiue poſita fuerit:
diſcedat dyabolus et cōtremiſcat: et fugiat
pallidus: cū omnibus miniſtris ſuis de ha
bitatōibus illis: nec ꝑſumat ingetare: vel il
ludere ſeruiētes tibi. Qui cum deo patre et
ſpūſctō viuis ac regnas deus ꝑ oīa ſecula
ſeculorū. Amen. Eodem modo dicat oro.

SUpplices q̄ſumus te domine: vt emit
tas ſanctum angelū tuum raphaelem
vt qui euulſit atqꝫ depulit a thobia et zara
demonem mortiferum eos infeſtantem: ꝑ
huius cerei ſancti ✠ ficationē cōterat illū:
et diſperdat de cūctis habitationibus colē
tium deū de baſilicis: de domibus: de angu
lis: de lectulis: de refectorijs: de vniuerſis
locis: in quibus famulantes deo habitant:
et requieſcunt: dormiunt: vigilant ābulant
et conſiſtunt: nec audeat ille malignus āpli
us ingetare: vel pauores immittere ſuꝑ illos
quos ſancti criſmatis tui: vnctiōe feciſti eſſe
munitos Per dn̄m nr̄m. ie. x. f. t. q. ⁊c̄. Amē

Bene ✠ dico te cera Dicat ſimili modo in nomine ſancte trinitatis: vt ſis vbiq; dyaboli effugatio: atq; omniū contubernaliū ſuorū exterminatio: adiuuante eadē ſancta et indiuidua trinitate: que in vnitatis eſſentia viuit et regnat deus per oīa ſecula ſeculorum. Amen. Iterum dicat Oremus.

Domine ſancte pater oīpotens eterne deus qui oīa ex nihilo creaſti: et iuſſu tuo per opera apum: hunc liquorē ad perfectionē cerei venire feciſti: et q̄ hodierna die petitionem iuſti ſymeonis adimpleſti: te humiliter dep̄cāmur: vt has cādelas ad vſus hominū et ſanitatē corporū et aīarum: ſiue in terra ſiue in aquis: per inuocationem tui ſanctiſſimi nominis: ⁊ per interceſſionē ſcē marie virginis: cuius hodie feſta deuote celebrant̄: et per p̄ces ſanctor̄ tuorū: bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare digneris: vt huius plebis tue: que illas honorifice in manibus portare deſiderat: teq; canendo laudare: exaudias voces de celo ſancto tuo: et de ſede maieſtatis tue: ⁊ propitius ſis oībus clamātibus ad te: quos redemiſti p̄cioſo ſangui

ne filij tui. Qui tecū viuit et regnat in vnita
te ſpūs ſcti deus per oīa ſcl'a ſeculoꝝ amen
Similiter dicitur hec oratio. Oremus.
Omnipotēs ſempiterne deus q̄ hodier
na die vnigenitū tuū vlnis ſcti ſymeo
nis in tēplo ſcō tuo ſuſcipiendū preſentaſti
tuā ſuppliciter dep̄camur clementiā: vt has
cādelas quas nos fideles tui: in tui nominis
magnificentia ſuſcipientes geſtare cupim⁹
luce accenſas bene ✠ dicere ꝛ ſancti ✠ fica
re: atq; lumine ſuperne bene ✠ dictionis
accendere digneris: quatenus eas tibi dn̄o
deo noſtro offerendo digni: ꝛ ſctō igne tue
dulciſſime caritatis ſuccenſi: in templo ſctō
glīe tue: repreſentari mereamur. Per eūdē
dn̄m noſtrū. Equali forma dicitur Oratio.
Domine ieſu xp̄e lux vera: q̄ illuminas
oēm hominē venientem in hunc mun
dum: effunde bene ✠ dictionē tuam ſuper
hos cereos et ſancti ✠ fica eos lumine gra
tie tue: et concede ꝓpitius: vt ſicut hec lumi
na igne viſibili accēſa nocturnas depellūt
tenebras: ita corda nr̄a inuiſibili igne ideſt
ſancti ſpiritus ſplendore illuſtrata: omniū

vitiorũ cecitate cereant: vt purgato mentis oculo: ea cernere poſſimus: q̃ tibi ſunt placita: et noſtre ſaluti vtilia: vt per huius ſeculi caliginoſa diſcrimina: ad lucẽ indeficientẽ peruenire mereamur. Per te ieſu xp̃e ſaluator mũdi. Qui in trinitate perfecta viuis et regnas deus per omia ſecula ſcloꝝ. Amen.

Seq̄ns p̄fatio alte cantet̃ dñicali melodia.



PEr omnia ſecula ſeculorum.



Dominus vobiſcũ. Surſum corda



Gratias agamus domino deo noſtro.



Vere dignũ ⁊ iuſtũ eſt equũ ⁊ ſalutare

# Benedictio


Nos tibi deo omnipotēti: rerūq; omnium
crearori: laudes aſſiduas perſonare: et mu-
nificentie tue indefeſſas ſemper grates per
ſoluere. Qui inter ceteras humane condi-
tionis creaturas: de liquore aereo per apū
efficaciá cerei precioſam fieri voluiſti ſub


ſtantiam: vt tibi inde debiti honoris fa
mulatus exiſteret: et nobis vſus neceſſa
rius ꝑueniret. Proinde immẽſam clemẽ
tiam tuã ſuppliciter exoramus: vt ſuꝑ has
candelas benedictionis tue munus infun
das vt omẽs eas xp̄i vice in manibus por


tātes eiuſdē ſacri tui ſpiraminis gratia qua
beatus ſymeon repletus fuerat imbui me-
reant̄. Qui hodierna die vnigenitū tuū
dn̄m noſtrū ieſum xp̄m lumen eternū a
parentibus in templo preſentatū in vlnas
ſuas accepit ac reuelāte ſpū ſancto ita pro




Orō dicat̄ ſupꝑſſa voce nō cantādo Oremꝰ.

Omnipotēs ſempiterne deus: q̄ ꝑ moy
ſen famulū tuū puriſſimū olei liquorē
ad luminaria ante cōſpectū tuū iugit̄ conti
nuāda ꝑ̄parari iuſſiſti bn̄ ✠ dictōis tue gra
tiā: ſuꝑ hos cereos benign⁹ infunde q̄tenus
ſic adminiſtrēt lumē exteri⁹: vt te donāte lu
mē ſpūs tui nr̄is non deſit mētibus interius
Per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m. Sequitur an̄a.



Interim aſpergantur cerei et adoleantur thure: deinde dicat nō cantando. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permāſiſti. Dn̄s vobiſcum. Et cū ſpū tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: q̄ vnigenitū tuū ante tp̄a de te genitū: ſed tp̄aliter de maria virgine incarnatū: lumē verū ⁊ indeficiēs ad depellēdas hūani generis tenebras: ⁊ ad incēdendū lumē fidei ⁊ veritatis in mundū miſiſti: concede ꝓpitius: vt ſicut exterius corporali: ita etiā interius luce ſpūali irradiari mereamur: p eūdē dn̄m noſtrū ieſuz xp̄m filiū tuū q̄ tē. viuit ⁊ regnat in

Deinde accēdant cādele ſub hac an̄. cātādo



Lumen ad reuelationē gentiū et



gloriam plebis tue iſrael. Euouae.

ps. Nūc dimittis. poſt quēlibet verſū repetat an̄. Lumē ad reue. et Gloria patri. ps.

Nunc dimittis ſeruū tuū dn̄e ſecūdū verbū tuū in pace. Lumē L. vobi.

Sequitur oratio ꝛ dicatur Dn̄s vobi. Oremꝰ

Illumina q̄s dn̄e ppl'm tuū ꝛ ſplēdore gr̄e tue cor eiꝰ ſemꝑ accēde vt ſaluatorē ſuū ꝛ iceſſanter agnoſcat ꝛ veraciter apprehēdat. ꝑ dn̄m. Qua finita redeāt ad choruꝫ deinde canunt Añe ſe-quētes.

Aue gratia plena dei genitrix vir go ex te enim ortus eſt ſol iuſti ci e


illumi nãs que in tenebris ſunt letare
et tu ſe nior iuſte ſuſcipiẽs ieſuȝ in vl
nas liberatorem animarũ no ſtrarum
donãtem nobis et reſurrecti o nem
A Dorna thalamũ tu um ſy
on et ſuſcipe regẽ chri ſtũ amplecte


re mari am que eſt cele ſtis por
ta ipſa enim portat regem glori e no
ui lumi nis ſubſiſtit virgo adducens
manibus filium ante luci fe rũ quem
accipiẽs ſymeon in vlnas ſuas predicauit
popu lo do minum de um eſſe



vite et mortis et ſaluatorẽ mundi.

Ořo legať: deīde legat ꝑlat⁹ ī introitu eccl'ie

O Da q̄ſum⁹ dñe ppl'o tuo: inuio Orem⁹.
labilē fidei firmitatē: vt qui vnigenitũ tuum in tua tecum gloria ſempiternum: in veritate noſtri corporis: natum de virgine matre confitentur: ⁊ a preſentibus liberentur aduerſis: at manſuris gaudijs inſeranť Per eundem chriſtum. Et imponitur añ̄a.



REſponſũ accepit ſymeon



a ſpiritu ſancto nõ viſurũ ſe mortẽ



niſi videret chriſtũ domini et cum


indu cerēt puerū in templum ac
cepit eū in vlnas ſuas et benedixit
de um et dixit nunc dimittis do
mine ſeruū tuū in pace.
Aii. Q Um inducerent
puur ū iesum parentes eius accepit eum




Ps. Bñdictus. Interim fit ſtatio in medio ec-
cleſie: repetita aña. intrãt chorũ: finita aña.
ſacerdos ſtans ante pulpitum in choro le-
gat. V. Suſcepimus deus miſericordiã tuã
In medio templi tui. Dñs vobiſcũ. Oro.

Domine ieſu chriſte: qui hodierna die:
in noſtre carnis ſubſtãtia: inter homi-
nes apparẽs: a parentibus in templo es p̃-
ſentatus: quem ſymeon venerabilis ſenex
lumine ſpũs tui irradiatus: agnouit: ſuſce-
pit et bñdixit: preſta propitius vt eiuſdẽ ſan
cti ſpiritus grã illuminati atq; edocti te vera

citer angnoſcamus et fideliter diligamus. dñm noſtrũ ieſum xp̄um. Vel iſta cõcluſio. Qui cũ deo pr̄e in vnitate eiuſdẽ ſp̄ũſ ſcti viuit ⁊ regnat deꝰ ꝑ oĩa ſcl'a ſe. Exorciſmꝰ ſalis

EXorciſo te creatura ſalis in nomĩe dei pa ✠ tris oĩpotentis et in caritate dñi nr̄i ieſu ✠ chriſti et in virtute ſp̄ũſ ✠ ſci. Exorciſo te per deũ viuũ et verum: qui te ad tutelam humani generis procreauit: et populo venienti ad credulitatez per ſeruos ſuos conſecrari precepit. Proinde rogamus te dñe deus noſter vt hec creatura ſalis in nomine ſctẽ trinitatis efficiatur ſalutare ſacramentũ ad effugandũ inimicũ: quã tu dñe ſcificando ſancti ✠ fices: bñdicendo bene ✠ dicas vt fiat accipientibus perfecta medicina: permanens in viſceribus ſumentiuz et in noĩe dñi nr̄i ieſu xp̄i: q ṽturꝰ eſt. Oratio.

DOmine deus pater oĩpotẽs te ſuppliciter deprecamur vt bene ✠ dicere digneris hanc creaturam ſalis: quã in vſum hũani generiſ tribuiſti: vt qui ex ea guſtauerint: nũquã moriant̃ in eternũ ſed te ſapiãt in te roborent̃ atq̃ ad eterna dona per tuaz

gratiā venire mereanť in nomine dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Qui vēturus eſt. Exorciſm⁹ aque.

Exorciſo te creaturua aque per deū ✠ viuū: per deum ✠ verum: per deū ✠ ſanctū: per deum totius creature: vt te mundam exhibeas contra oēm morbū: atq; inſidias dyaboli: vt vbicūq; aſpſa fueris: ſit ꝓpiciante deo ipſa domus defenſa ſicut defenſe fuerūt dom⁹ hebreoꝝ ꝑ ſignū ſanguinis agni: ſic defendātur domus famuloꝝ famularumq; tuarū per aſperſionem huius aque. In ipſius ergo noīe exorciſo te aqua qui verbo ſuo fontes emanare precepit: in ipſius nomine te exorciſo qui pedibus ſuis ſuper te ambulauit: in ipſius nomine te exorciſo quē ioānes in te baptizauit: vt oēs ſpūs erroris et omēs fantaſie demonū tua aſperſione effugenť: et ſeparenť per virtutē eiuſdem dn̄i noſtri ieſu xp̄i. Qui ventu. Oratio

Domine deus pater omnipotēs inſtaurator omniū elementorū ⁊ conditor: q per ieſuz xp̄m filiū tuū dn̄m noſtrū hoc elementū aque in ſalutez humani generis eſſe voluiſti: te ſupplices deprecamur: vt exau-

ditis orationibus noſtris: eam tue pietatis
reſpectu ſancti ✠ fices: atq₃ ita omniũ ſpiri
tuum immundorũ recedat incurſio: vt vbi
cunq₃ fuerit in tuo nomine aſperſa: gratia
tue benedictionis adueniat: et mala omnia
te propiciante procul recedant. Per eũ q̄ vē
turus eſt iudicare viuos. Benedictio ſalis

Virtutis tue inuictā fortitudinē depre-
camur dñe sancte pater oīs eterne de
us: q̄ inter oīa neceſſaria que per ieſu₃ xp̄m
dominum noſtrum procreari iuſſiſti: nō mi
nimam gratiā conferre dignatus es ſali: vt
ex illo poſſint vniuerſa cōdiri: que hoībus
ad eſcam per eundem dominū noſtrum ie-
ſum xp̄m filiū tuum procreaſti. Ideo te ſup
plices exoramus vt hoc ſal digneris aſpice
re et bene ✠ dicere: quatenus ex maieſtatis
tue virtute contra omnes immundos ſpūs
valitudine₃ poſſit accipere: expellat ab omī
loco: vbi tua fuerit inuocatiōe aſpſum quic
quid poteſt eſſe peſtiferu₃: ⁊ exhibeat plenū
ſalutis effectum: deterreat omnes preſtigi-
as inimici ⁊ oīa mortifera genera lōgius fa
ciat effugari: grandines omneſq₃ fantaſias

inimicorũ cõpeſcat et ꝑ ſignũ crucis filij tui
dñi noſtri ieſu xp̃i tutelã fideliſſimã preſtet
effectum. Per eundem dñm. Benedic ✠
domine hanc creaturã ſalis quã bñ ✠ dici
mus in noĩe prĩs ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti vt ſit ignis
ardens aduerſus inſidias dyaboli: et ſanita
tem preſtet patienti dolorem per ſaluatorẽ
noſtrũ dominũ ieſum chriſtũ qui tecũ viuit
et regnat in vnitate ſpũs. Benedictio aque.
Domine deus omnipotẽs pater te ſup
pliciter deprecamar vt bene ✠ dicere
digneris hãc creaturã tuã aque quã ad vſuz
humani generis tribuiſti: vt q̃cunqȝ ex ea ac
ceꝑint vel guſtauerint aut a ꝑſa fuerint: hec
bñ ✠ dictio et ſcti ✠ ficatio reddat illeſa et
ab oĩ temptatoris incurſu te protegente cu
ſtodiat. Per dñm noſtrũ ieſum xp̃m. Hic
miſceant̃ ſal ⁊ aqua dicẽdo. Hec cõmixtio
ſalis et aque ꝑ virtutẽ ſctẽ ✠ ⁊ idiuidue tri
nitatis: et per ſignũ ſctẽ crucis: omnibus ſu
mentibus: ⁊ aſperſis ſalutifera efficiat̃. per
chriſtum. Dñs vobiſcum. Et cũ. Oremus
Omnipotẽs eterne deus: officij nr̃i fun
ctione immeriti dep̃camur vt hec ſalis

et aque permixtio in nomine clementie tue
ſctificata: cũ ꝑ noſtras man⁹ fuerit emiſſa
vel quolibet modo aſſumpta: expulſa cũcta
machinatione demonũ ex eodẽ loco fugata
deficiat: et ſanctoꝝ angeloruꝫ cuſtodia ſem
per inibi manſura ſubſiſtat. Per xp̄m. Ex.

Exorciſo te creatura orciſmus amboꝝ
ſalis et aque in nomine dñi noſtri ieſu
chriſti nazareni filij dei viui vt ſis purgatio
et purificatio in his locis in quibus aſperſa
fueris ad effugandos et eradicãdos immũ
dos ſpũs oẽmqꝫ nephariã vim dyaboli de
pellendã: vt nõ hominibus pecoribus ſiue
frugibus noceant ſed diſcedant et fugiant.
Per eum qui ventu. Benedictio amborũ.

Deus inuiſibilis et ineſtimabilis q per
cũcta diffuſus es: pietatẽ tuaꝫ ⁊ miſeri
cordiã per ſanctũ et tremendũ filij tui nomẽ
ſupplices deprecamur: vt ſuper hanc crea
turã ſalis et aque bene ✠ dictionẽ tuã per
potentiã inuiſibilis operatiõis ĩfundas: vt
quicunqꝫ ex ea guſtauerint accipiant ſanita
tẽ ſui corporis integritatem mentis: tutelã
ſalutis corroborationeꝫ fidei: ſanet et cuſto

diat animas et omnia membra illorũ a languore peſſimo et ab inſidijs dyaboli et proficiat ad ſalutẽ corporis ⁊ aĩe. Amẽ. Oratio

PReſta dñe tuũ remedium ſalutare ſuper hanc creaturam ſalis et aque: vt vbicunqʒ interceſſerit ad annime ⁊ corporis ꝓficiat ſanitatem. Per dñm noſtrum ieſum.

Et bñ ✠ dictio dei pr̃is et filij et ſpũſſcti deſcendat ſuper hanc creaturã ſalis et aque et maneat ſemper. Deide thurificet ⁊ aſpergat.

Incipit bñdictio cinerũ: in capite ieiunii. feria. iiii. Primo dicat ſacerdos. ℣

OStende nobis dñe miſericordiã tuã Et ſalutare tuũ da nobis. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater nr̃. ps. Deus in adiutoriũ meũ intende. totũ. Quo finito dicat ſacerdos. Dñs vobiſcum. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus parce metuẽtibus: ꝓpitiare ſupplicãtibus: ⁊ mittere digneris ſctũm angelũ tuum de celis qui bene ✠ dicat et ſancti ✠ ficet hos cineres vt ſint remediũ ſalubre omnibus nomen ſanctũ tuũ humiliter implorantibus: ac ſemetipſos pro conſcientia delictorum

ſuorum accuſantibus: atqꜫ ante conſpectũ
diuine clementie tue facinora ſua deploran
tibus: vel ſereniſſimaz maieſtatẽ tuam ſup-
pliciter obnixeqꜫ flagitantibus et preſta: ꝑ
inuocationẽ ſanctiſſimi noīs tui: vt quicũqꜫ
eos ſuper ſe aſꝑſerint: pro redẽptione pec-
catoꝝ ſuorũ corporis ſanitatẽ et anime tute
lam percipiant. Per chriſtũ dñm. Oremus

DEus qui non mortẽ ſed penitentiã de
ſideras pctõꝝ: fragilitatẽ hũane con-
ditionis reſpice: et hos cineres quos ꝓ cau
ſa ꝓferende humilitatis atqꜫ ꝓmerende ve
nie capitibus nr̄is īponi decreuimus bñ ✠
dicere pro tua pietate dignare: vt qui nos ci
nerẽ eſſe et ob prauitatis nr̄e merituz in pul-
uerẽ reuerſuros cognoſcimus: oīum pecca
toꝝ veniã ⁊ premia penitẽtibus repromiſſa
miſericorditer nos conſequi mereamur. ꝑ
chriſtũ dominũ noſtrũ. Amen. Oremus.

DEus qui hũilitate flecteris ⁊ ſatiſfactio
ne placaris: aures tue pietatis inclina
precibus nr̄is: ⁊ capitibus ſeruoꝝ tuoꝝ ho
rũ cinerũ aſperſione attactis effunde grãm
benedictiōis tue: vt eos ⁊ ſpiritu cõpunctio

nis repleas: et que iuſte poſtulauerint effica
citer tribuas: et conceſſa perpetua ſtabilita
te intactos manere decernas. Per dominū
Deinde aſpergant cineres. Sequitur aña.




ps.

Saluum me fac deus quoniā intrauerunt aque vſqꝫ ad animam meam.
Cum Gloria patri et fi. et Sicut erat ⁊c̄.
⁊ aña. repetat̄ ſcilicet. Exaudi nos dñe. vt s.

Clementiſſime exaudi domine populū tuum. ps. Saluū fac populū tuū domine et benedic hereditati tue et



rege eos et extolle illos vſqꝫ in eternum.

Deinde dicat ſacerdos. Oremus Flectamꝰ

L genua.

Concede nobis queſumus domine p̄ſidia militie chriſtiane ſanctis inchoare ieiuniis: vt contra ſpiritales nequicias pugnaturi: continentie muniamur auxilijs. Leuate. Per dominū nr̄m.

Alia oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: da populo tuo digne atqꝫ ſapienter ad confeſſionem tue laudis accedere vt ſi qua ſint in nobis ſauciata per culpam: intercedēte beata maria ſemper virgine cū omnibus ſanctis ſentiamus reparari poſſe per gratiam. Per dominum noſtrum ieſuz chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat i vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Antiphona.



Immute mur ha bitu in ci


ne re et cilici o ieiunemus et
ploremus ante do mi num qui
a multum misericors est dimitte
re peccata no stra de us no ster.
Iuxta vestibulum et al Añ.
ta re plora bāt sacerdotes et le




Oro.

Omnipotens ſempiterne deus qui ni-
niuitis in cinere ⁊ cilicio penitētib⁹: in
dulgētie tue remedia ꝓbuiſti: cōcede ꝓpiti⁹
vt ſic eos imitemur habitu: quatenus ve-
nie proſequamur obtentu. Per eundem.
Tūc aſꝑgant cineres aq̄ bñdicta ⁊ ſacerdos
ſinguloꝝ capitib⁹ cineres īponat dicēs Me
